



BOLETÍN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEÓN

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

P A P A E X I I I
CONSTITVTIO APOSTOLICA

DE RELIGIOSORVM INSTITVTIS VOTA SIMPLICIA PROFITENTIVM

LEO EPISCOPVS
SERVVS SERVORVM DEI

AD PERPETVAM REI MEMORIAM

(Conclusión.)

VI. Semel approbatae sodalitates ne extinguantur, nisi gravibus de causis, et consentientibus Episcopis, quorum in dictione fuerint. Singulares tamen domos Episcopis, in sua cuique dioecesi, tollere fas est.

VII. De puellis habitum religiosum potentibus, item de iis quae, probatione expleta, emissurae sint vota, Episcopus singulariter certior flat: eiusdem erit illas et de more explorare et, nihil si obstet, admittere.

VIII. Episcopo alumnas sodalitatum dioecesanarum professas dimittendi potestas est, votis perpetuis aequo ac temporariis remissis, uno dempto (ex auctoritate saltem propria) colenda perpetuo casitatis. Cavendum tamen ne istiusmodi remisione ius alienum laedatur; laedetur autem, si insciis moderatoribus id fiat iusteque dissentientibus.

IX. Antistitiae, ex constitutionum iure, a Sororibus eligantur. Episcopus tamen, vel ipse vel delegato munere, suffragiis ferendis praeverit: paractam electionem confirmare vel rescindere integrum ipsi est pro conscientiae officio.

X. Dicecesanae cuiusvis sodalitatis domos Episcopus invi-sendi ius habet, itemque de virtutum studio, de disciplina, de oeconomicis rationibus cognoscendi.

XI. Sacerdotes a sacris, a confessionibus, a concionibus designare, item de sacramentorum dispensatione statuere munus Episcoporum est, pro sodalitatibus dioecesanis pariter ac pro ceteris; id quod in capite consequenti (num. VIII.) explicate praefinitur.

Alterum prescriptionum caput, de Sodalitatibus, quarum Apostolica Sedes vel leges recognovit vel institutum commendavit aut approbavit, haec habet servanda:

I. Candidatos cooptare, eosdem ad sacrum habitum vel ad profitenda vota admittere, partes sunt Praesidum sodalitatum; integra tamen Episcopi facultate, a Synodo Tridentina tributa (1), ut, quum de feminis agitur, eas et ante suscipiendum habitum et ante professionem emittendam ex officio exploret. Praesidum similiter est familias singulas ordinare, tirones ac professos dimittere, iis tamen servatis quaecumque ex instituti legibus pontificisque decretis servari oportet. — Demandandi munera et procurationes, tum quae ad universam sodalitatem pertinent, tum quae in domibus singulis exercentur. Conventus seu *Capitula*, et Consilia propria ius habent. In muliebrium autem sodalitatum Conventibus ad munera assignationem, Episcopus, cuius in dioecesi habentur, per se vel per alium praeverit, ut Sedis Apostolicae delegatus.

II. Condonare vota, sive ea temporaria sint sive perpetua, unius est romani Pontificis. Immutandi constitutiones, utpote quae probatae a Sede Apostolica, nemini Episcoporum ius datur. Item regimen, quod penes moderatores est sive sodalitatis universae sive familiarum singularum ad constitutionum normam, Episcopis mutare temperare ne liceat.

(1) Sess. xxv. cap. xvii, de Regul. et Monial.

III. Episcoporum sunt iura, in dioecesi cuiusque sua, permettere vel prohibere novas domos sodalitatum condi, item nova ab illis tempa excitari, oratoria seu publica seu semi-publica aperiri, sacrum fieri in domesticis sacellis, Sacramentum augustum proponi palam venerationi fidelium. Episcoporum similiter est sollemnia et supplicationes, quae publica sint, ordinare.

IV. Domus sodalitatum huiusmodi si *clausura episcopali* utantur, Episcopis iura manent integra, quae de hac re a pontificiis legibus tribuuntur. Si quae autem *clausura*, ut inquiunt, *partiali* utantur, Episcopi erit curare ut rite servetur, et quidquid in eam irrepatur vitii cohobere.

V. Alumni alumnaeve sodalitatum harum, ad *forum internum* quod attinet, Episcopi potestati subsunt. In *foro autem externo*, eidem subsunt quo*i* spectat ad censuras, reservacionem casuum, votorum relaxationem quae non sint uni summo Pontifici reservata, publicarum precum inductionem, dispensationes concessionesque ceteras, quas Antistites sacrorum fidelibus suis impertire queant.

VI. Si qui vero ad sacros ordines promoveri postulent, eos Episcopus, etsi in dioecesi degentes, initiare caveat, nisi hisce conditionibus: ut a moderatoribus quisque suis proponantur; ut quae a iure sacro sancita sunt de *litteris dimissoriis libus* vel *testimonialibus*, sint rite impleta; ut *itulo sacrae ordinationis* ne careant, vel certe oe legitime eximantur; ut theologiae studiis operam dederint, secundum decretum *Auctis admodum*, die datum IV novembris anno MDCCCXCII.

VII. In sodalitates, quae mendicato vivunt, ea Episcopis stent iura, quae habet decretum *Singulare quidem* a sacro Consilio Episcopis et Religiosorum ordinibus praeposito promulgatum die XXVII martii anno MDCCCXCVI.

VIII. In iis quae ad spiritualia pertinent subduntur sodalitates Episcopis dioecesium in quibus versantur. Horum igitur erit sacerdotes ipsis et a sacris degnare et a coacionibus probare. Quod si sodalitates muliebres sint, designabit item Episcopus sacerdotes a confessionibus tum ordinarios tum extra ordinem, ad normam constitutionis *Pastoralis curae*, a

Benedicto XIV decessore Nostro editae, ac decreti *Quemadmodum*, dati a sacro Consilio Episcopis et Religiosorum ordinibus praeposito, die xvii decembris anno MDCCCXC; quod quidem decretum ad virorum etiam consociationes pertinet, qui sacris minime initiantur.

IX. Bonorum, quibus Sodalitia singula potiuntur, administratio penes Moderatorem supremum maximamve Antistitatem eorumque Consilia esse debet; singularum vero familiarum redditus a praesidibus singulis administrari oportet, pro instituti cuiusque leibus. De iis nullam Episcopus rationem potest exigere. Qui vero fundi certae domui tributi legative sint ad Dei cultum beneficentiamve eo ipso loco impendendam, horum administrationem moderator quidem domus gerat, referat tamen ad Episcopum, eique se omnino praebeat obnoxium: ita nimirum ut neque Praeposito neque Antistitiae sodalitii universi liceat quidquam ex iis bonis Episcopo occultare, distrahere, vel in alianos usus convertere. Talium igitur bonorum Episcopus rationes accepti impensique, quoties videbitur, expendet; idem ne sortes minuantur, redditus ne perperam erogentur, curabit.

X. Sicubi sodalitatum aedibus instituta curanda adiecta sint, uti gynaecea, orphanotrophia, valetudinaria, schlae, asy'a pueris erudiendis, Episcopali vigilantiae ea omnia subsint quod spectat ad religionis magisteria, honestatem morum, excitationes pietatis, sacrorum administratianem, integris tamen privilegiis, quae collegiis, scholis, institutisve eiusmodi a Sede Apostolica sint tributa.

XI. In quarumlibet sodalitatum domibus vota simplicia profitentium, Episcopis cuiusque dioecesis ius est invisendi templa, sacraria, oratoria publica, sedes ad sacramentum poenitentiae de iisque opportune statuendi iubandi.—In presbyterorum sodalitiis, de conscientia ac disciplina, item de re oeconomica uni praesides cognoscent. In consociationibus vero feminarum, aequae ac virorum qui sacerdotio absinent. Episcopi erit inquirere num disciplina ad legum normam vigeat, num quid sana doctrina morumve probitas detrimenti ceperit, num contra clausuram peccatum, num sacramenta aequa stataque

frequentia suscipientur.—Reprehensione dignum si quid Episcopus forte offenderit, ne decernat, illico: moderatores ulti prospiciant moneat; qui si neglexerit, ipse por se consulat. Si quae tamen maioris momenti occurrant quae moram non expectent, decernant statim: decretum vero ad sacrum Consilium deferat Episcopis ac religiosorum ordinibus praepositorum.

Episcopus, in visitatione potissimum, iuribus, quae supra diximus, utatur suis quod spectat ad scholas, asyla ceteraque memorata, instituta.—Ad rem vero oeconomiam quod attinet muliebrium sodalitatum itemque virorum sacerdotio carentium, Episcopus ne cognoscat nisi de fundorum legatorumve administratione, quae sacris sint attributa, vel loci aut dioecesis iecolis iuvandis.

His porro, quae hactenus ediximus, sancivimus, nihil penitus derogari volumus de facultatibus vel privilegiis, tum Nostro aut quovis alio Sedis Apostolicae decreto concessis, tum immemorabili aut saeculari consuetudine confirmatis, tum etiam quae in alicuius Sodalitatis legibus a romano Pontifice approbatis contineantur.

Praesentes vero litteras et quaecumque in ipsis habentur nullo unquam tempore de subreptionis sive intentionis Nostrae vitio aliove quovis defectu notari vel impugnari posse, sed semper validas et in suo robore fore et esse, atque ab omnibus cuiusvis gradus et praeminentiae inviolabiliter in iudicio et extra observari debere decernimus: irritum quoque et inane declarantes si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, vel praetextu, scienter vel ignoranter contigerit attentari; contrariis non obstantibus quibuscumque.

Volumus autem ut harum litterarum exemplis, etiam impressis, manu tamee Notarii subscriptis et per constitutum in ecclesiastica dignitate virum sigillo munitis, eadem habeatur fides, quae Nostrae voluntatis significationi his praesentibus ostensis haberetur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo nonagesimo, sexto idus Decembris, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.—C. Card. ALOISI MASELLA Pro-Dat. A. Card. MACCHI.—VISA.—De Curia I. De Aquila E. Vicecomitibus.—Loco  Plumbi.—Reg. in Secret. Brevium —I. Cygnonius.



SERIE CRONOLÓGICA DE LOS JUBILEOS

(CONCLUSIÓN.)

VIII Jubileo. — *Año 1525.* — *Clemente VII.* — Formando ya el Jubileo parte de las costumbres de la Iglesia, Clemente VII tomó eficaces medidas para que los peregrinos sólo hallaran en Roma motivos de edificación. Aun permitió este Papa que la indulgencia fuera aplicable á las almas del Purgatorio, mediante una pequeña limosna. Pero habiendo sobrevenido en este siglo la reforma protestante, y desencadenándose contra las indulgencias por los abusos que pudiera haber en la recaudación de estas limosnas, los Sumos Pontífices subsiguientes reemplazaron éstas por el rezo de cinco Padrenuestros.

IX Jubileo — *Año 1550.* — *Julio III.* — Este Jubileo fué el primero que se permitió ganar á los religiosos y religiosas que, ó vivían en soledad, ó profesaban clausura, sustituyendo las obras practicadas para ganar el Jubileo por otras atemperadas á su situación.

De la acostumbrada suspensión de indulgencias sólo se exceptuó, á ruegos del fundador, San Ignacio de Loyola, á las otorgadas á la Compañía de Jesús. También por respeto al mismo Santo, quiso el Papa que, en las regiones donde hubiera Misioneros de la Compañía de Jesús, los fieles pudieran ganar la indulgencia sin ir á Roma, mediante las obras que á los Padres parecieran convenientes.

X Jubileo. — *Año 1575.* — *Gregorio XIII.* — Para que el Año fuera Santo, no sólo de nombre, sino de hecho, prohibió el Carnaval y fiestas en Roma, dedicando al sostenimiento de los peregrinos la suma empleada de ordinario en estas fiestas.

No olvidó á los católicos ingleses, que sufrián cruel persecución bajo la Reina apóstata Isabel, facultándoles para ganar el Jubileo sin ir á Roma. Fué el primer Papa que, al cerrar la Puerta Santa, puso en el muro una cajita de plomo con reliquias de Santos y medallas de oro, plata y cobre, uso que se sigue practicando.

XI Jubileo. — *Año 1600.* — *Clemente VII.* — Animó á los romanos á albergar cordialmente á los peregrinos. Suspendió

también el Carnaval. Formó dos Comisiones cardenalicias, confiando á una los intereses temporales y á otra los espirituales de los peregrinos.

XII Jubileo. — *Año 1625.* — *Urbano VIII.* — Estando ya decididas todas las formalidades del Jubileo por los Pontífices sus antecesores, sólo ocurre en éste que notar que fueron echadas á vueio todas las campanas de Roma en los tres días que precedieron á la apertura: al alba, al medio día y la noche.

XIII Jubileo — *Año 1650.* — *Inocencio X.* — Este Pontífice llamó á Roma á los primeros predicadores de su época. encargándoles que trabajaran sin descanso en la instrucción del pueblo fiel.

XIV Jubileo. — *Año 1675.* — *Clemente X.* — Prohibió el Carnaval, mandando al Hospicio de peregrinos los 6.000 escudos destinados á las diversiones.

Fué tal la muchedumbre que asistió á la apertura de la Puerta Santa, que los familiares de los Cardenales no les pudieron llevar sus capas, asistiendo á Vísperas con los ornamentos de la procesión, aunque el Papa no pontificase, pues por su mal estado de salud se había retirado inmediatamente después de la apertura de la Puerta Santa.

XV Jubileo. — *Año 1700.* — *Inocencio XII.* — Este año el Papa, hallándose enfermo, no pudo abrir por sí mismo la Puerta Santa. Pero en la primavera mejoró, visitando el octogenario Pontífice repetidas veces las iglesias. El pueblo, edificado, le festejaba aclamandole: ¡Viva el Papa Inocencio, padre de los pobres! Murió el 28 de Septiembre. El Cardenal Albani, elegido para sucederle con el nombre de Clemente XI, cerró la Puerta Santa.

XVI Jubileo. — *Año 1625.* — *Benedicto XIII.* — A causa del Cónclave, la promulgación del Jubileo tuvo lugar en la festividad de los Apóstoles San Pedro y San Pablo.

XVII Jubileo. — *Año 1750.* — *Benedicto XVI.* — Sus constituciones son de tanto peso, que se puede decir que forman la base de la parte práctica de los Jubileos, pues decidió controversias, aclaró dudas y puede tal vez asegurarse que es el Pontífice que más ha contribuido al éxito espiritual de los Jubileos.

XVIII Jubileo — Año 1775.—Pio VI.—También este Pontífice, arrancado pocos años después de Roma y muerto en Valenza mártir de la Revolución francesa, se interesó muchísimo por el Jubileo, emulando los ejemplos de piedad y caridad de sus predecesores.

El Jubileo de 1800 faltó.

XIX Jubileo.—Año 1825.—León XII.—Con inmenso júbilo celebró la Iglesia Universal este Jubileo, pues la privación padecida en 1800 avivaba el deseo; celebróse con entera tranquilidad.

El inmortal Pontífice Pío IX, primero desterrado, después prisionero, no pudo celebrar los de 1850 y 1875; los suplió con Jubileos extraordinarios.

XX Jubileo.—Año 1900.—León XIII.—El hecho que un Pontífice nonagenario, y por tantos títulos insigne en la Iglesia y en la sociedad, haya querido que se celebrara el Jubileo á pesar de la indigna condición á que desde hace tantos años han reducido á la Santa Sede, y la alegría del pueblo cristiano al conocerlo, son arras seguras de que se cumplirán las pías intenciones del Vicario de Jesucristo en la tierra, expresadas al consignar Mons. el Sustituto de Breves la Bula del Jubileo: «Haremos votos — dijo — para que este Año Santo resulte ventajoso al mundo entero para bien de las almas, y que el Señor aplaque su ira, y toda la familia cristiana quede perfectamente y aprovechada.»

Dispongámonos, pues, á celebrarlo dignamente, y en nuestras oraciones no olvidemos la preciosa vida del Sumo Pontífice. ¡Quiera Dios concederle, no sólo cerrar la Puerta Santa, sino gozarle largos años en sus frutos! *Domine, fiat pax in virtute tua, et abundantia in terribus tuis.* (Psalmo CXXI, 7).